



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 25. Langeius Auriam conciliandi animo a Lautreco ablegatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

Sæcul. XVI. num captum abstraxerat, recepisset, nisi
 A.C. 1528. is a Galliarum Rege libertati fuisset re-
 stitutus.

§. XXV.

*Langeius Auriam conciliandi animo
 a Lautreco ablegatus.*

Sub idem tempus Guilielmus de Bel-
 lay seu Bellicus Langeii Toparcha
 Lautrecum, cujus castra sequebatur,
 edocebat, quod Auria graviter de Gal-
 lis quereretur, ac clandestina cum Ge-
 nuensibus foveret consilia, ut Patriam
 suam in pristinam libertatem assereret,
 hancque in rem peteret, ut ei damnum
 ob amissum Arausionensis Principis ly-
 trum compensaretur, Genuensibus vero
 tributum ex Sale percipiendi jus redde-
 retur, quod illis Galli ideo ademerant, ut
 hoc jure Savonnenses auferent. Ac-
 cepto Nuncio Lautrecus nulla mora Lan-
 geium ablegat, dato negotio, ut Regi
 exponeret, quod rebus Gallicis in Ita-
 lia nil magis necessarium sit, quam ut
 Auria in Regis obsequio persisteret, nec
 ex Gallorum invidia ad indignationem
 concitaretur: cum vero Langeio optime
 perspectum esset, totum difficultatis car-
 dinem præcipue in eo versari, ut Au-
 riæ animus Gallicorum Ministrorum ma-
 levolentia exacerbatus mitigaretur, hinc
 nil

nil magis consultum censebat, quam ut ^{Sæcul XVI.} Auriam placaret, priusquam Franciæ ^{A.C. 1528.} aulam accederet. Igitur Genuam con-
 tendit, ubi ab Auria, cui amicitia jun-
 ctus erat, adeo benigne excipiebatur,
 ut eum in alio quam ejus Palatio diver-
 sari haud permetteret. Ibidem Langeius
 integro morabatur triduo, tantaque dex-
 teritate iratum Auriaë animum sedabat,
 ut is novum cum Francia foedus inire
 promitteret. Porro Langeius Auriam
 non dimittebat, donec ad Regis arbi-
 trium de foederis conditionibus utrinque
 inter eos decretum fuisset. Post hæc
 Articulis utrinque firmatis Longei-
 us equis cursoriis Lutetiam Parisiorum de-
 latus Regi Senatui exposuit: quod ip-
 se, priusquam Genua discederet, sua o-
 pera Auriaë animum ad Gallorum stu-
 dia & commoda optime propensum re-
 liquisset, res tamen summis periculis
 obnoxia foret, si nova ei molestia affer-
 retur. Postea sermonem deflexit ad ar-
 ticulos, quos cum eo sanxisset, ea ta-
 men lege, ut Rex Salis commercium
 Genuensibus restitueret, Auriaë vero
 circa captivorum lytra satisfaceret. Ve-
 rum tanta erat apud Regem Montmo-
 rentii Marecalli auctoritas, ut ob pri-
 vatos hujus Viri quæstus Langeii con-
 siliis vix eluctandum impedimentum op-
 pueret.

§. XXVI.